

Admodum RR. DD. Prelati ac Canonici Patroni mei Col^{mi}
12 Febr. 1576.

Ex ijs his quas ab eximiam D. Matthiam Secretarium optimum solertissimumq;
vram proxime delictis, suspectam me vobis esse negligentia nomine facile
cognovi, in quo licet nullius mihi culpa' sim conscius, uelui tamen rem omne
vobis patefacere. Jam pridem equidem Ill^{us} ac R^{emus} D. meus iniunxerat
ut censuris quibusdam quas in sententiam prolatam abnotauerat R^{emus};
Coadiutor responderetur; speciatim omnibus, extremam huic rei manum
imponi ut ostenderem nihil perperam, aut inutiliter definitum fuisse,
obscurumue, aut ambiguum aliquid reperiri, quod certa lege non comprobetur,
aut canonice. At si ratione, vel autoritate aliter demonstrare, aut conuin-
cere posse' confidat quisquam, ea qua' iuri aduersantur in medium profertur,
quo & qua hactenus in hac causa conscripta private detinentur, in pu-
blicum profertur, ut mea in omnibus ostendatur innocentia, ut uideant
quod nec me prece, aut precis, a uia veritatis, et iusticia ullu ex causa dimo-
ueri, vel auerti posse; etsi alij, aliter sentiant, sed testis est Deus Opt: Max:
testes estis uos ipsi amplissimi, religiosissimiq; Patres: testis est deniq;
ipsa sententia formula; que' pro redtis impugnanda reliquitur. Cetero
gratissimum vram omnium animum agnoscens, Vobis quos loco paren-
tum diligo, ut dominos semper ueneratus sum, et mei studiosissimos col^{mi},
ingentes gratias refero, ac perinde gratum mihi fuit, ac si re ipsa conse-
quutus fuissetem, quod a uobis liberalissime offertur, is enim non solum
gratus esse debet qui accipit beneficium, verum etiam cui potestas acci-
piendi fuit, propensum huic vram in me animum agnoscens Deum
precabor ut ad Nestores usq; annos feliciter conseruet, ut ceu splen-
didissima sydera in firmamento triumphantis Eccl^{ie} parta uictoria aliq;
quando consistere valeatis Varouia Pridie Id^{us} Februarij 1576
RR. DD. VV.

seruus fedelissimus
Ignaz' bellotutus

Admodum RR DD. Prelatis ac Canonicis
totius Vni^uers^{it}atis Cap^l Cathed^ralis Ecc^lie Warmien^{sis}
Dnis et prou^{is} meis plurimu^s Col^leg^{is}

19 Febru:

In causa declarationis l^{it}er^{ar}
sententia^e inq^uisitoria^e to^{ti}us
miss^{is}. ab aud^{itor}e

Warmia^e